

(a) Apud
Conc.
Chal. Act.
3.

XXXIX.
Theodos.
Imper. ad
Dioscorum de
Barsuma.

* divini-
tati.

(b) Apud
Conc.
Chal. Act.
3.

XXX.
Theodosii
epistola
ad Barsumam.

XXXI.
Consilium
Theodosii
de vocan-
do ad Syn-
nod. S.
Leonem.

mas in Syria Archimandrita omnium sce-
lestissimus curatur ab amicis Eutyctetis,
puto Chrylaphio, ut ab Imperatore Syn-
nodo interesse jubeatur: cuius rei causa
has rursum ad Dioscorum idem Theodo-
sius litteras dedit (a):

Pervenit ad nostram serenitatis audium
quia multi reverendi Orientalium Archi-
mandrita simul cum Catholicis populis
adversus quosdam Episcopos, qui Nesto-
riana impietate egrotare dicuntur, in qui-
busdam Orientalium Civitatibus constitu-
ti laborarent, & pro Catholica fide con-
tenderent. Hac de causa nostram serenita-
ti * complacuit religiosissimum presbyterum,
& Archimandritam Barsumam puri-
tate vite, & Catholica fide probatissimum
adesse Ephesine Civitati, & tenen-
tem locum cunctorum Orientalium Archi-
mandritarum considerare tam tua sanctita-
ti, quam universis sanctissimis Patribus
ibidem convenientibus; quatenus Deo pla-
cita de omnibus sententia proferatur. Di-
gnetur proinde tua religio pervidens (quia
omnis nobis est pro Catholica fide soli-
citus) affectuose & prae dictum reveren-
dum Archimandritam suscipere, & ope-
ram dare, vestrae cum sancta Synodi
participem fieri. Dat. Idibus Maii, Pro-
togene viro clarissimo Consule, & qui
fuerit nunciatus. Ad ipsum vero Barsumam
his verbis (b):

Nostram pietatem latere non potuit, in
quali sint certamine constituti per Orien-
tem religiosissimi & sanctissimi Archiman-
drita pro fide laborantes Catholica, &
quosdam Episcopos in civitatibus Orien-
tis constitutos Nestoriana haeresis par-
ticipes averfantes, collaborante etiam
Orthodoxo populo eisdem religiosissimis
Archimandritis. Quoniam igitur & tua
sanctitas pro Catholica fide tantum labo-
rare sustinuit, ut ad nostram perveni-
ret pietatem: justum esse duximus, tuam
sanctitatem puritate vite & Catholica fi-
de probabilem ad Ephesinam pergere Ci-
vitatem, & locum tenentem omnium religio-
sissimorum Archimandritarum Orientalium
considerare sancta Synodo, quae ibi dispo-
sita est convenire, & cum aliis sanctis
Patribus, & Episcopis quae sunt Domino
placita ordinare. Datum pridie Idus Maii.
Hac ibi. Conscriptisse eundem Theodo-
sium ad alios Orientalis Ecclesiae Episco-
pos Metropolitanos, Synodalia Acta fi-
dem faciunt.

Quoniam vero idem Imperator sciebat,
nullum fore Concilium Oecumenicum abs-
que Romani Pontificis auctoritate; sed
quod & fatis intelligi poterat, Leonem
papam Eutycteti adversaturum: illud con-
silium inivit, ut ita eum vocaret, ut ta-
men ne adesset caveret. Et quomodo
id factum? Primum angustissimo termino
tempus clausit, ut adesse non nisi magno

incommodo posset: adjecit etiam, ut i-
pse scribens Theodosius ad ipsum S. Leo-
nem Romanum Pontificem litteras, ejus
personam Ephesine Synodo praesentem,
esse peteret, ratus nimirum, id minime
ab eo fore praestandum: de mittendis ve-
ro legatis, si venire non posset, nullam
penitus habuit mentionem: hoc plane
argumento scriptam esse a Theodosio Im-
peratore ad ipsum Romanum Pontificem
epistolam ipsum Leonis Papae litterae ad
Pulcheriam Augustam manifeste declarant,
in quibus haec leguntur (c):

Augustissimus, & Christianissimus Im-
perator cupiens, quam celerrime turbata
componi, Episcopali Concilio, quod E-
phesi vult haberi, nimum breve, & au-
gustum tempus indicit, diem Calendarum
Augustarum praestituendo Conventui; cum
a tertio Iduum Majorum, quo serenitatis
suae scripta suscepimus, major pars reli-
qui sit temporis assumenda, ut profectio
sacerdotum, qui negotio sufficient, valeat
ordinari. Nam illud, quod pietas ejus
etiam me credidit debere interesse Con-
cilio: etiam si secundum aliquod praecedens
exigeretur exemplum, nunc tamen nequa-
quam possit impleri; quia rerum presen-
tium nimis incerta conditio a tanta Ur-
bis populis me abesse non sineret, & in de-
sperationem quadam animi tumultuantium
mitterentur, si per occasionem cause Ec-
clesiastica videret patriam & Apostolicam
sedem velle deserere. Hac S. Leo, cum
bellum Hunnicum immineret hoc anno,
de quo in fine ejusdem acturi sumus.

Cum autem de cogenda Ephesi Syno-
do Sanctus Leo litteras Theodosii acce-
pisset; ut antevereret mala quae praesaga-
biebat inde eventura, persuadere Theo-
dosio conatus est, ut ejusmodi Concilium
haberi sineret in Italia, haecque de cau-
sa ad ipsum ista rescripsit (d):

Pro integritate fidei Catholicae Chri-
stianissimum Principem convenit esse solici-
tum: & hoc indefessis precibus divinam
misericordiam posco, ut cordi vestro id
quod est veritatis inspiret, neque falli
vos in aliquo humanarum calliditatum a-
mulatione patiatur. Hac idcirco ipso e-
pistolae exordio Leo ingerit, quod subo-
doratus esset, calliditate Chrylaphii in
odium S. Flaviani Episcopi Constantino-
politani omnia ista dolose peragi, sed
pergit: A me autem, atque ab omnibus
Catholicis sacerdotibus, quae Evangelice
fidei pietas defendit, satis plene ac luci-
de litteris meis, quas clementiam vestram
jandandum per famulum vestrum Epipha-
nium Tribunalum, qui pro hac causa missus
est, arbitror vos accepisse: ratum est,
nec ambigi potest, hoc nos purissime cre-
dere, hoc constanter asserere, quod
etiam venerandi Patres quondam apud
Nicaeam congregati, secundum fidem Sym-
boli

(c) Leo
ep. 13.

XXXII.

Leo Pap.
vocatus
ad Syno-
dum E-
phesinam.

XXXIII.

(d) Leo
ep. 9.
Quae S.
Leo ad
Theodo-
sium re-
scripsit.